

25

rogo. Ita enim quotiescumque huc impudentia delabor, praefati apud te deest prolixitatem scriptorem. Ad id quod pro Portano ludere debui potius quam volui. Gallium item quod pro veterano Schmetzingio nostro, die natali Serenissima Reginae Bohemiae (testor ipsam veritatem) horae spatio profudi. Hunc hominem fortissimum Principum, quod obeso corpore est, ironice pedissequum appellare consuevit. Ipsam inter anticos, qui adulari voluerunt magnam Dianam, ab iudice venandi stulto. Haec te praescire iacet fuit, ut nugasum mearum intelligentior esses. Omnia, ubi perlegeris, si quidem futurae tanti sunt, Barlaeo velim tradi curae, unde ad me redeant. Sapius ab eo viro (de quo quid sentias, ubi integrum erit, valde certior fieri cupiam) cum prosa oratione, tum Carmine conveniri soleo. At ut aliquid semper ejusmodi reponam, nec animus est, nec otium, cui quidem in huius studio maxime desideratis recessus tranquillitatem, non dii non homines non concessere columnas. Itaque hoc nunc una fideliter ut fieri sinas iterum te rogo. Illud perpetuo, ut me ames, qui te in oculis, mi Heinsii, perso, et ut amare me nolis, ferre usque non desinam. Vale. Haga Comitibus 23. Novembris 1628.

C. Hugeniis.

Barlaeo.
S. P.

[95]

Schedas illas tuas, vel memor, Mi Barlaeo, non est ut tam prompte remittam. fit illud intra paucos dies nisi quid secus imperas. Nunc raptim te moneo, quidquid super se laetitiae argumento, quod nunc omnium in ore vel conmena est maxime, emissurus es, numero quidem secundum, a me futurum, licet merito semper primum Testem Heinsium appello, cui pauca in hunc Argonautam a me profecta, per occasionem missi, sed in speciem fideicommissi; ut lecta tibi tradi curet, cui et me ~~est~~ substitutum ultimum haeredem scito. Nempe ut tua si redimere cupias mea itidem remittas. Adidi et Gallici sermonis aliquod, et si tibi placet Hispanici, cuius et Brosterhusium particeps velim, et si ei videbitur septentrionalissimum sesquipedalissimumque Vanderburghium. Vale vir Praestantissime. Haga Comitibus. 8. Cal. Decembris 1628.

C. Hugeniis.

Barlaeo.